

in oculo tuo est n̄ uidens. y poerita.
eice primū trabē de oculo tuo. et tē
p̄spicies ut educas festūcam de oculo
fr̄is tui. *of* ^{XXXIX} *illumina oculos. Secreta*

Oblationibz q̄s dñe placare suscep
tis. & ad te etiā nr̄as rebelles compel
le p̄pici' uoluntates. p̄ dñm̄. *com*

Dominus firmamentum meum y refugi

um meum y liberator meus deus meus

Mysteria nos p̄
dñe supra pu
rificent. et suo munē tueantur. p̄. f.

Rs. Non cesso gr̄as agens p̄ uo
bis memoriam ur̄i fa. *Ad effectio'*
ciens in orationibz meis. ut d̄s dñi
nr̄i ih̄u xp̄i. pat̄ gl̄e. det uobis sp̄m
sapientie. et reuelationis. in agniti
one ei' illuminatos habere oculos
cordis uestri. ut sciatis que sit spes
uocationis ei'. que diuicie gl̄e here
ditatis ei' in sc̄is. et q̄ sit sup̄eminēs
magnitudo uirtutis ei'. in nos qui ē
dimus secundū operationē uirtutis

311



II. 192. 1.



19

E P I C E D I O N
I N I M M A T V R V M
O B I T V M

*O P T I M I E T H O N E
S T I S S I M I V I R I, D n. E L I Æ R E I N V V A L D I,
C i u i s R e i p u b l i c æ O l s n e n s i s, q u i d i e m s u u m
8. F e b r u a r i j, a n n i 1 5 8 8. i n v e r a
D e i a g n i t i o n e & i n u o c a
t i o n e o b i j t.*

S c r i p t u m à f i l i o.



L i p s i æ

E X O F F I C I N A T Y P O G R A
p h i c a A b r a h a m i L a m b e r g i.

A n n o M . D . L X X X V I I I .

*D o s s m o V i r o D n. M. J o h a n n i W a
d n o a c p r æ c e p t o r i s u o s u m m a o b s
u a n t i a c o l e n d o a d d. F. R.*

INVENTAR
DER
BIBLIOTHEK
DES
HERRN
VON
REINWALD
IN
KAMENZ
VON
1788

Scriptum à Rio.

Reinwald, Elias [jun.]

W

Lipis
EX OFFICINA TYPOGRAPHICA
Abrahami Lampbergii
Anno M. DC. LXXXVIII

Amdudum patriæ graues ruinas
Cædes & violentiam nocentem
Gentis Sarmaticæ nimis potentis
Vix emerimus: heu malus vicissim
Accessit mihi nuntius parentis
Cari tristia fata nuntiando.
Hic vero mihi cor pedes ad imos
Quod dici solet, excidit, suumque
Nec lingua officium peregit ipsa,
Sic in perniciem meam potentes
Conspirare velut videntur hostes.
O spes vana hominum quid vsque ludis
Seducisq; diu tibi dicatos,
Iam florere mihi velut videbar,
Et portum studijs meis tenere.
En quam mox leuis aura nuntiorum
Euertit mihi spem decusque vitæ,
Iam vero iaceo miser relictus
Orbus præside, maximo patrono.
Ad quem nunc fugiam, salubre quoddam
Dantem consilium, malis leuamen?
En ad te **D**EVS omnium patronum
Me vertam, mihi tu dabis salutem

A 2

Tu

Tu protector eris meus perennis,
Et quando tua sic tulit voluntas
Hinc discedere iam meum parentem,
Non est quod tibi noxius repugnem.
Sic non amplius ille vastitates
Et belli rabiem videbit vllam.
Salue care parens, valeque, cœli
Fœlix incola. Sic tuum quotannis
Bustum vota beent mihi relicta:
Sic illud violæ rosæque molles
Exornent, rediuiua donec illa
Reddat membra dies vbi suprema.
Salue care parens mihi, valeque.

*Patri defuncto suo
Elias Reinwaldt.*

AD PIVM, ERVDITVM, MODESTVMQVE,
& sacratissimarum LL. studijs deditum, iuuenem, Dn. ELI-
AM REINVALDVM, Olsnensem, Silesium,
Elegia scripta: cum parens ipsius, vir integer-
rimus, è vita profectus esse,
nunciaretur.

Heliadum nostras regresso nuper in oras
 Patre: nouus solitum coeperat annus iter.
Cingeret extemplo noua cum nos turba malorum:
 Et premerent duram fata minata necem.
Hic pueros, matresq; pias, iuuenesq;, senesq;,
 Interimuntq; graues dira venena viros.
Funere saepe sui, tacita spes magna senecta,
 Ante patris carus mergitur ora puer.
Fixa suos oculos in utrumq; puella parentem,
 Nequicquam rogat: o si potes, affer opem.
Atq; sua, ille, anima partis lacrymasq;, necemq;
 Aspiciens genitor, vix potis ingemere.
Tantus enim verbis, gestu, lacrymisq; nequibit
 Exprimier, cor edit qui patris, ille dolor.
Ac magis ipse velit truculenta occumbere morti:
 Quam truce se genitum cernere morte rapi.
Hic Stygiae faucis tenebris, Alecto, profecta,
 Infandas pugnas, bellaq; miscet ouans.
Miscet ouans bellum: atq; animis, furibunda, furorem,
 Artibus ipsa potens mille, ministrat ouans.
Singula quid memorem? facies misera vndiq; rerum est:
 Et tenet imperium luctus ubiq; suum.
Quò nostris PAX te subtraxti finibus hospes?
 Cur iuuat aspectu nos spoliare tuo?
Crediderim decedentem mortalibus oris
 Ascensu celso te superasse polos:

Cernere Iusticia quâ possis ora sororis,
Et veri, cultas & pietate domus.
Inunc, & veterum ride prasagia vatum:
Teutonici quisquis carminis autor eras.
Et grauis, & sapiens erat, & pietate vetustas
Insignis: vincit sermo: fuisse grauem.
Ergò dedit promptas docto quas pectore voces:
Illas perspicias pondus habere suum.
Detrahat ergò fidem quisquam? non fallere: certè
Publica tum clades, tum sua quemq; docet.
Aduoco te testem, subito, Reinualde, dolore
Quem quatit hîc, patris mors inopina tui.
Hoc autore tibi, magni post numina Ioue,
Contigit & vita munera ferre tua:
Et doctos adijisse viros, adijisse cacumen
Pimplai montis, casta Thalia, tuum.
Adde quod omnifera terræ nouisse Satorem
Unigenam clausos & reserasse polos:
Actus instituit vitæ: mentesq; gubernat:
Parteq; de cœli non dubitare sinit.
Ergò tuum flecto, nimium nec flecto parentem:
Qui potuit tantis te cumulare bonis.
Munere quid vitæ melius? quid carius arte:
Qua voluit pectus te coluisse tuum?
Ipseq; qua coluit: tenero cum balbus ab ore
Fundere distinctos aggredere sonos:
Dicere cum blasa te vellet carmina lingua,
Carmina cui pueri perplacere, Deo.
Flecto tuum, nimium sed enim ne flecto parentem:
Illum qui viuum cur adamaris habes.
Sed neq; pro meritis spera Reinualde paternis
Unquam te grates posse referre pares.

Tanta

Tanta ferunt nobis nostri benefacta parentes:
Quanta quis haud fando dinumerare queat.
Namq, quod accepta vita, patrumq, labori
Aequipares: toto videris orbe nihil.
Iure tuum luges praeceptum morte parentem:
Qui fuit & columen, praesidiumq, tuum.
Vtq, solent patres, sic & flagrauit amore
Ille tui: fuit & sic pia cura tui.
Condidit ipse Deus miram sub pectore flammam:
Qua natum genitor, natus ametq, patrem.
Cur genitor perfert curas, tantumq, laborem?
Hac viuens alto pectore flamma facit.
Cur pater ignoti populi cum tendit in oras:
Non metuit capiti forte pericla suo?
Ille latens animo, sat roboris excitat, ignis:
Ne latrociny tela timenda putet.
Qualiter omnipotens Gnatum pater ardet, & ante
Tempora, & aurati condita templa poli.
Ergo suae in Gnatum flammæ, superum atq, hominum Rex
Iussit, ut humanis mentibus umbra foret:
Illius ut summum, nos in, tueamur amorem:
Et quanto sese flagret amore. Satum.
Desinito Reinualde tuum lugere parentem:
Nam iussis nostri paruit ille Dei.
Ecquid iussa putas infringi posse Deorum?
Illane vel cunctis anteferenda negas?
Si videre tuo nimis indulgere dolori:
Iussa negas cunctis anteferenda Iouæ.
Hic vocat, ut libuit: parere necesse vocanti:
Committenda vni cætera cura Deo est.
Desinito, Reinualde, tuum lugere parentem:
Nam requie fruitur, colloquioq, Deum.


Ille

Ille peregrinis hîc vixit ut hospes in oris :
Nunc cœli datus est, in regione locus.
Terra, peregrinus locus est : at nixæ vocantis
Voce Dei, patria est vera parata tibi.
Ergò quando fide CHRISTVM complexus adhesit,
Ipsius fretus morte, cruore, flagris :
Atria clausa, fide sola reserante, polorum :
Vectus & ille parens est super astra tuus.
Desinito Reinualde tuum lugere parentem :
Hac regio, patriæ voce vocanda manet.
Perdiderisq; licet tua vel solatia, vel spes :
Cui quoq; vel tu spes una futurus eras :
Esse tuas tamen in solo spes disce locandas,
Qui curat quicquid spirat in orbe, DEO.
Utq; tulit semper pietas sua præmia : sic &
Post, pia constituas corda placere Iouæ.
Desinito Reinualde tuum lugere parentem :
Iam dabit è cœlo buccina rauca sonos :
Ut ruat, accensus flamma, pulcerrimus orbis :
Emergatq; noui clarior orbis honos.
Aurea tum cernas omnes super astra leuari :
Unigene modo qui membra fuere DEI.
Tum patri Reinualde tuo dabis obuius oscula :
Tellurem quem nunc deseruisse doles.
Ver erit æternum : tunc aurea secla redibunt :
Et dulci mellis terra liquore fluet.
Hîc dum vita manet : curis torquemur amaris :
Gaudia, sunt illic, carmina, VITA, tube.

Ezechias Fabricius Glogouiensis.



...mch:re la



unnt:ce la

shat

the ne...

diu mortis ei: simul et resurrectionis
 erim. Hoc scientes quia uet' n'r hō si
 ml' crucifix' est: ut destruat' corp' pec
 cati. ut ultra n̄ seruiam' peccato. Q
 enī mortuus est: iustificatus est a pe
 cato. Si enī mortui sum' cū xpō: cre
 di m' quia siml' etiā uiuem' cū xpō.
 scientes quod xp̄c resurgens a mortu
 is iā n̄ moritur mors ulli ultra n̄ dīa
 bit'. Qd̄ enī mortuus est: peccato mor
 tuus est semel. Qd̄ autē uiuit: ui
 uit deo. Itaq; et uos existimate uos
 quidē mortuos esse peccato: uiuen
 tes autē deo. In x̄ ihū dño n'rō. **Gr**

fē tuus. habet
 que ibi mun
 de p̄us recon
 ueniens offer
Propiciare
 nēis: i has p
 nus assum
 uotū nulli u
 ut quod fide
 consequam
P dñm. cō

Non uerere dō mine aliquantu
 lum y de preca re super ser uos
Domine
 refu gi um factus es no
 bil' a generatio ne y proge me
 Null' hū ihc. d. s. **S** **ant** / All. Et centos

in tabernaculo
 latio nis cantu
Repleti dñe
 tuis t̄bue
 dem' effecti
Trs. Habet
 seruiam
 cū metu et
 ignis consumi
 tis maneat
 tatē nolite
 placuerit an